Appunto n. 4

Storia della Compagnia di Gesù

Caro Giuseppe,

Il 27 settembre 1540, Papa Paolo III emise una Lettera Apostolica ("*Regimini Milintatis Ecclesiæ*") che riportava la Formula della Compagnia di Gesù, contenente il progetto di vita di Ignazio e dei suoi compagni, approvandola.

Ti allego:

- Copia della *Lettera Apostolica* – che costituisce l'atto ufficiale di nascita della Compagnia - nella sua formulazione originaria in latino;
- Una versione italiana della *Formula;*

lasciando a te valutare l'opportunità di pubblicare questi documenti nel sito web della Fondazione.

Ciao e a presto.

Palermo, 27 settembre 2014

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

00073728

PAULI III

PRIMA INSTITUTI SOCIETATIS IESU APPROBATIO

CUM RESTRICTIONE NUMERI AD PERSONAS SEXAGINTA DUMTAXAT.

PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

PAULI III

Regimini militantis Ecclesiae, meritis licet imparibus, disponente Domino, praesidentes; et animarum salutem, prout ex debito pastoralis officii tenemur, sollicitis studiis exquirentes: fideles quoslibet, qui vota sua in id exponunt, apostolici favoris gratia confovemus, aliasque desuper disponimus, prout, temporum et locorum qualitate pensata, id in Domino conspicimus salubriter expedire.

Primi decem Patres Societatis.

Nuper siquidem accepimus quod dilecti filii, Ignatius de Loyola, et Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, nec non Claudius Iaius, et Paschasius Broet, ac Franciscus Xavier, nec non Alfonsus Salmeron, et Simon Rodericus, ac Ioannes Coduri, et Nicolaus de Bobadilla, Presbyteri Pampilonen., Gebennen., Seguntin., Toletan., Visen., Ebredunen. et Palentin. civitatum et dioeceseon respective, in artibus Magistri, in Universitate Parisiensi graduati, et in theologicis studiis per plures annos exercitati, Spiritu Sancto, ut pie creditur, afflati, iam dudum e diversis mundi regionibus discedentes, in unum convenerunt, et Socii effecti, abdicatis huius saeculi illecebris, eorum vitam perpetuo Domini nostri Iesu Christi, atque Nostro et aliorum successorum Nostrorum Romanorum Pontificum servitio dedicarunt; et iam quampluribus annis laudabiliter in vinea Domini se exercuerunt, verbum Dei praevia sufficienti licentia publice praedicando, fideles privatim ad bene beateque vivendum exhortando et ad pias meditationes excitando, hospitalibus inserviendo, pueros et personas rudes ea, quae ad christianam hominis institutionem sunt necessaria, docendo, et demum omnia charitatis officia et quae ad animarum consolationem faciunt, ubique terrarum, ubi peregrinati sunt, multa cum laude obeundo. Cumque ad hanc almam Urbem se contulerint, et in charitatis vinculo persistentes, ad perficiendam et conservandam eorum Societatis in Christo unionem, quamdam vivendi formam, iuxta ea, quae ad propositum sibi finem conducere usu didicerunt, evangelicis consiliis et canonicis Patrum sanctionibus conformem ediderint: factum est, ut ipsorum Sociorum vitae institutum, sub dicta formula comprehensum, non solum a multis probis viris et Deum zelanti-

27 Sept. 1540

Prima Patrum exercitia.

WWW.FONDAZIONEFORCELLINI.IT

00073728

bus laudetur, verum etiam a quibusdam ita approbetur, ut illud etiam sequi velint. Formulae autem praedictae tenor sequitur, et est talis:

Instituti Societatis formula.

Quicumque in Societate nostra, quam Iesu nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, et soli Domino atque Romano Pontifici, eius in terris Vicario, servire,

Votum castitatis.

post solemne perpetuae castitatis votum, proponat sibi in animo se partem esse Societatis, ad hoc potissimum institutae, ut ad profectum animarum in vita et doctrina christiana, ad fidei propagationem per

Finis Instituti.

+

Institutio puerorum.

publicas praedicationes et verbi Dei ministerium, Spiritualia Exercitia et charitatis opera, et nominatim per puerorum ac rudium in christianismo institutionem, ac Christi fidelium in confessionibus audiendis spiritualem consolationem praecipue intendat; curetque primo Deum, deinde huius sui Instituti rationem, quae via quaedam est ad illum, semper ante oculos habere, et finem hunc sibi a Deo propositum totis viribus assequi; unusquisque tamen secundum gratiam sibi a Spiritu Sancto subministratam, et vocationis suae proprium gradum, ne quis forte zelo utatur, sed non secundum scientiam. Cuius proprii cuiusque gradus iudicium, et officiorum discretio ac distributio tota sit in manu Praepositi seu Praelati per nos eligendi, ut congruus ordo servetur in omni bene instituta communitate necessarius; qui quidem Praepositus de consilio consociorum Constitutiones ad consecutionem huius propositi nobis finis conducentes in consilio condendi auctoritatem habeat, maiori suffragiorum parte semper statuendi ius habente. Consilium vero intelligatur esse, in rebus quidem gravioribus ac perpetuis, maior pars totius Societatis, quae a Praeposito commode convocari poterit; in levioribus autem et temporaneis, omnes illi, qui in loco, ubi Praepositus noster residebit, praesentes esse contigerit. Iubendi autem ius totum penes Praepositum erit. Sciant omnes Socii, et non solum in primis professionis suae foribus, sed quoad vixerint quotidie animo volvant, Societatem hanc universam et singulos, sub Sanctissimi Domini nostri Papae et aliorum Romanorum Pontificum successorum eius fideli obedientia, Deo militare. Et quamvis Evangelio doceamur, et fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici, tamquam Capiti ac Iesu Christi Vicario, subesse: ad maiorem tamen nostrae Societatis humilitatem, ac perfectam uniuscuiusque mortificationem et voluntatum nostrarum abnegationem, summopere conducere iudicavimus, singulos nos, ultra illud commune vinculum, speciali voto adstringi; ita ut, quidquid modernus et alii Romani Pontifices pro tempore exsistentes iusserint ad profectum animarum et fidei propagationem pertinens, et ad quascumque provincias nos mittere voluerint, sine ulla tergiversatione aut excusatione, illico, quantum in nobis fuerit, exsequi teneamur; sive miserint nos ad Turcas, sive ad quoscumque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, exsistentes, sive ad quoscumque haereticos, seu schismaticos, seu ad quosvis fideles. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, et antequam huic oneri humeros supponant, diu multumque meditentur, an tantum

27 Sept. 1540

Speciale votum obediendi Romano Pontifici.

Officiorum distributio.

De condendis Constitutionibus.

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

PAULI III

pecuniae spiritualis in bonis habeant, ut turrim hanc iuxta consilium dominicum possint consummare: hoc est, an Spiritus Sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiae polliceatur, ut huius vocationis pondus, illo adiuvante, se laturos sperent; et postquam, Domino inspirante, huic Iesu Christi militiae nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, et ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debebunt. Ne qua autem possit esse inter nos missionum ac provinciarum huiusmodi aut ambitio vel detrectatio, profiteantur singuli, se numquam directe aut indirecte de huiusmodi missionibus quidquam cum Romano Pontifice curaturos, sed omnem hanc curam Deo et ipsi Pontifici, tamquam eius Vicario, et Societatis Praeposito dimissuros: qui quidem Praepositus, sicut caeteri, etiam profiteatur se nihil de suimetipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis Consilio, cum dicto Pontifice esse curaturum. Voveant singuli se in omnibus, quae ad Regulae huius nostrae observationem faciunt, obedientes fore Societatis Praeposito. Ille autem iubeat ea, quae ad consecutionem propositi sibi a Deo et a Societate finis cognoverit esse opportuna; in praelatione autem sua, benignitatis ac mansuetudinis charitatisque Christi, ac Petri Paulique formulae semper sit memor; et tam ipse quam Consilium ad normam hanc assidue spectent; et nominatim commendatam habeant institutionem puerorum ac rudium in christiana doctrina decem praeceptorum, atque aliorum similium rudimentorum, quaecumque secundum circumstantias personarum, locorum ac temporum illis congrua videbuntur. Est enim maxime necessarium, circa providentiam huius rei diligenter Praepositum et Consilium invigilare, cum et in proximis aedificium fidei sine fundamento non possit consurgere, et in Nostris periculum sit, ne, ut quisque erit doctior, ita provinciam hanc, tamquam primo aspectu minus speciosam, forsitan detrectare conetur; cum tamen revera nulla sit fructuosior, vel proximis ad aedificationem, vel Nostris ad charitatis et humilitatis simul officia exercenda. Subditi vero, tum propter ingentes Ordinis utilitates, tum propter numquam satis laudatum humilitatis assiduum exercitium, Praeposito in omnibus ad Institutum Societatis pertinentibus parere semper teneantur, et in illo Christum veluti praesentem agnoscant, et quantum decet venerentur. Cum autem experti fuerimus iucundiorem, puriorem et ad proximi aedificationem aptiorem esse vitam ab omni avaritiae contagione quam remotissimam et evangelicae paupertati quam simillimam; cumque sciamus Dominum nostrum Iesum Christum servis suis, regnum Dei solum inquirentibus, necessaria ad victum et vestitum esse subministraturum: voveant singuli et universi perpetuam paupertatem, declarantes quod non solum privatim, sed neque etiam communiter possint pro Societatis sustentatione aut usu, ad bona aliqua stabilia, aut ad proventus seu introitus aliquos, ius aliquod civile acquirere; sed sint contenti usum tantum rerum sibi donatarum, ad necessaria sibi comparanda, recipere. Possint tamen habere in Universitatibus Collegium seu Collegia, habentia reditus, census seu possessiones, usibus et necessitatibus studentium ap-

27 Sept. 1540

Missiones non procurandae.

Obedientia subditorum erga Praepositum.

Votum obedientiae.

Votum paupertatis.

Gubernandi ratio.

De institutione puerorum ac rudium.

De Collegiis et eorum reditibus.

WWW.FONDAZIONEISTITUTO.IT

plicandas; retenta penes Praepositum et Societatem omnimoda gubernatione, seu superintendentia super dicta Collegia et praedictos studentes, quoad gubernatoris seu gubernatorum ac studentium electionem, ac eorumdem admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, circa studentium instructionem, eruditionem, aedificationem ac correctionem, victus vestitusque eis ministrandi modum, atque aliam omnimodam gubernationem, regimen ac curam; sic tamen, ut neque studentes dictis bonis abuti, neque Societas in proprios usus convertere possit, sed studentium necessitati subvenire. Qui quidem, post cognitum in spiritu et litteris eorum profectum, et post sufficientem probationem, in Societatem nostram admitti possint.

De divino officio recitando.

Socii omnes, quicumque in sacris fuerint, quamvis beneficia ecclesiastica aut eorum reditus non habeant, teneantur tamen singuli privatim ac particulariter, et non communiter, ad dicendum officium secundum Ecclesiae ritum. — Haec sunt, quae sub praefati Domini nostri Pauli et Sedis Apostolicae beneplacito, de nostra professione, typo quodam explicare potuimus. Quod nunc fecimus, ut summatim scriptione hac informaremus tum illos, qui nos de nostro vitae instituto interrogant, tum etiam posteros nostros, si quos, Deo volente, imitatores umquam habebimus huius vitae. Quam cum multas magnasque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum iudicavimus etiam statuere, ne quis in hac Societate recipiatur, nisi diu ac diligentissime fuerit probatus; cumque prudens in Christo, et vel doctrina seu vitae christianae puritate

Admittendi probentur.

apparuerit conspicuus, tunc demum admittatur ad Iesu Christi militiam: qui tenuibus coeptis nostris favere dignetur ad gloriam Dei Patris, cui soli sit semper decus et honor in saecula. Amen. 27 Sept. 1540

Approbatio Instituti.

Cum autem nil in praemissis reperiatur, quod pium non sit ac sanctum, Nos, ut iidem Socii, qui Nobis super hoc humillime supplicari fecerunt, in eorum pio vivendi proposito eo promptiores exsistant, quo se maiori Sedis Apostolicae gratia complecti cognorint, et praemissa per nos approbari viderint; praemissa omnia et singula, tamquam ad spiritualem profectum eorumdem Sociorum et reliqui christiani gregis opportuna, apostolica auctoritate, tenore praesentium ex certa scientia approbamus, confirmamus et benedicimus, ac perpetuae firmitatis munimine roboramus; ipsosque Socios sub Nostra et huius sanctae Sedis Apostolicae protectione suscipimus; eis nihilominus concedentes, quod particulares inter eos Constitutiones, quas ad Societatis huiusmodi finem, et Iesu Christi Domini nostri gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse iudicaverint, condere libere et licite valeant.

Facultas condendi Constitutiones.

Non obstantibus generalis Concilii, et fel. rec. Gregorii Papae x, praedecessoris Nostri, ac quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Restrictio personarum ad sexaginta.

Volumus autem, quod in Societate huiusmodi, usque ad numerum sexaginta personarum, normulam vivendi huiusmodi profiteri cupientium, et non ultra, admitti et Societati praefatae aggregari dumtaxat valeant.

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

00073728

PAULI III

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae approbationis, confirmationis, benedictionis, roborationis, susceptionis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. 27 Sept. 1540

Datum Romae, apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicae MDXL, quinto kal. Octobris, Pontificatus Nostri anno sexto.

Blo.

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

Regimini militantis Ecclesiæ

1. Chiunque, nella nostra Compagnia che desideriamo insignita del nome di Gesù, vuole militare per Iddio sotto il vessillo della croce e servire soltanto il Signore ed il Romano Pontefice suo Vicario in terra, emesso il voto solenne di castità, si persuada profondamente di far parte di una comunità istituita allo scopo precipuo di occuparsi specialmente del progresso delle anime nella vita e nella dottrina cristiana, e della propagazione della fede. [E ciò], mediante pubbliche predicazioni ed il servizio della parola di Dio, gli Esercizi spirituali e le opere di carità, ed espressamente, attraverso l'insegnamento della verità cristiana ai fanciulli e ai rozzi, e la consolazione spirituale dei credenti, con l'ascoltarne le confessioni. Faccia anche in modo di avere dinanzi agli occhi, sempre, prima d'ogni altra cosa, Iddio, e poi la forma di questo suo Istituto che è una via per arrivare a Lui, e di conseguire con tutte le forze tale fine propostogli da Dio. Ognuno, tuttavia, secondo la grazia comunicatagli dallo Spirito Santo, ed il grado proprio della sua vocazione, (affinché non avvenga che si abbia forse zelo, ma zelo non illuminato.

2. Il giudizio, sulla decisione a quale categoria appartenere, e sulla ripartizione e distribuzione
degli incarichi, dipenderà completamente dal Superiore o prelato che ci eleggeremo, affinché si mantenga il debito ordine necessario in ogni comunità ben regolata. E questo Superiore, con il parere dei compagni, in Consiglio, avrà autorità di comporre Costituzioni utili al conseguimento del fine a noi proposto; salvo sempre il diritto di decidere a pluralità di voti. Il Consiglio, poi, negli affari importanti ed universali, deve intendersi costituito dalla maggior parte di tutta la Compagnia, che potrà essere convocata dal Superiore, comodamente. Negli affari correnti e particolari, invece, [il Consiglio sarà costituito] da coloro che capiterà siano presenti nel luogo dove il nostro Superiore risiederà. Il Superiore, d'altra parte, avrà pieno diritto di comandare.

3. Tutti i compagni sappiano e ricordino ogni giorno, non solo nei primi tempi di professione, ma finché vivranno, che la Compagnia intera ed i singoli [membri] militano per Iddio, fedelmente obbedienti al ss.mo signor nostro il Papa e agli altri Romani Pontefici suoi successori. E benché apprendiamo dal Vangelo, sappiamo per fede ortodossa, e crediamo fermamente che tutti i fedeli cristiani sono sottomessi al Romano Pontefice come a capo e a Vicario di Cristo, tuttavia, per una maggiore umiltà della Compagnia ed una più perfetta mortificazione di ciascun [suo membro], e l'abnegazione delle nostre volontà, abbiamo giudicato sommamente opportuno che ognuno di noi, oltre che dal comune vincolo, sia legato da voto speciale. In forza di esso, tutto ciò che l'attuale Romano Pontefice e gli altri suoi successori comanderanno come pertinente al progresso delle anime ed alla propagazione della fede, ed in qualsivoglia paese vorranno mandarci, noi, immediatamente, senza alcuna tergiversazione o scusa, saremo obbligati ad eseguirlo, per quanto dipenderà da noi; sia che ci invieranno presso i Turchi, sia ad altri infedeli, esistenti nelle regioni che chiamano Indie, sia presso gli eretici, scismatici o fedeli quali che siano.

4. Pertanto, coloro che si uniranno a noi, meditino a lungo e profondamente, prima di sobbarcarsi a questo peso, se posseggono tanto capitale di beni celesti, da potere, secondo il consiglio del Signore, condurre a termine questa torre. E cioè, se lo Spirito Santo che li muove prometta loro grazia sufficiente perché possano sperare, con il suo aiuto, di sostenere il peso di questa vocazione. E una volta che, per ispirazione del Signore, si saranno arruolati in questa milizia di Gesù Cristo, bisogna che, giorno e notte, cinti i fianchi, essi siano pronti a pagare un debito così grande.

5. Inoltre, affinché tra noi non sia possibile né sollecitare tali missioni o incarichi né rifiutarli, sappiano tutti indistintamente, che né direttamente né indirettamente possono trattare di tali missioni col Romano Pontefice, ma ne rimetteranno tutta la cura a Dio, allo stesso Pontefice, come Vicario di Lui, e al Superiore della Compagnia. Ed anche questi, come gli altri, dovrà impegnarsi a non brigare presso il Pontefice per essere inviato in un posto piuttosto che in un altro; salvo che ciò avvenga con il consiglio della Compagnia.

6. Ognuno faccia voto di volere obbedire, in tutto ciò che riguarda l'osservanza di questa nostra Regola, al Superiore della Compagnia. Egli, poi, prescriva quanto saprà convenire al conseguimento del fine propostogli da Dio e dalla Compagnia; memore sempre, nell'esercizio della sua autorità, della benignità, mansuetudine e carità di Cristo, e dell'esempio di Pietro e di Paolo. Tanto egli quanto il suo Consiglio si ispirino continuamente a tale norma. Ed espressamente ritengano raccomandata l'istruzione dei fanciulli e dei rozzi nella dottrina cristiana dei dieci comandamenti, e in altri simili rudimenti; ed in ogni altro argomento che, secondo le circostanze di persona, luogo e tempo, sembrerà loro conveniente. È molto necessario che a tale riguardo il Superiore ed il Consiglio vigilino diligentemente, perché, nei prossimi, l'edificio della fede non può essere innalzato senza fondamento; e, nei nostri, quanto più si sarà colti, tanto più si sarà tentati di sottovalutare tale servizio, a prima vista, poco allettante. I sudditi, poi, sia per i grandissimi vantaggi derivanti dall'ordine, sia per il costante esercizio dell'umiltà, virtù non mai abbastanza lodata, saranno tenuti ad obbedire sempre al loro Superiore, in ogni cosa riguardante l'Istituto della Compagnia. In lui dovranno riconoscere Cristo, come fosse presente, e degnamente lo riveriranno.

7. E poiché noi lo sappiamo, per esperienza, che più lieta, più pura e più edificante per i fedeli è la vita, quando è assolutamente lontana da ogni ombra di interesse e più conforme alla povertà evangelica; mentre, d'altra parte, siamo certi che Gesù Cristo nostro Signore darà vitto e vestito ai suoi servi che cercano unicamente il regno di Dio, [vogliamo che] tutti e singoli i nostri facciano voto di povertà perpetua. [Essa dovrà essere intesa] in modo che, non solo in privato ma neppure comunitariamente, possano acquisire diritti civili a beni stabili, proventi od introiti; ad uso o sostentamento della Compagnia; paghi soltanto di ricevere in uso [le cose indispensabili, date loro da chi le possiede, e di ricevere denaro e commutare] le cose donate loro per sovvenire alle necessità della vita.

8. Tuttavia potranno avere uno o più collegi nelle sedi universitarie, con diritto a rendite, entrate e possessioni da destinare all'uso e alle necessità

degli studenti. La loro amministrazione, [poi], o sovrintendenza dipenderà completamente dai Superiori Generali o dalla Compagnia, per ciò che concerne la scelta dei rettori o superiori e degli studenti; l'ammissione o dimissione, l'accettazione ed esclusione, l'ordinamento degli statuti; la preparazione, istruzione, edificazione, ammonizione dei medesimi studenti. [Ed anche] la somministrazione del vitto e del vestiario, e di tutto ciò che riguarda il loro governo, direzione e cura. In modo tale che, né gli studenti possano abusare di questi beni, né la Compagnia sia in grado di convertirli in proprio uso, ma provveda, invece, ai bisogni degli studenti medesimi. Questi, poi, quando avranno dato prova dei loro progressi nello spirito e nella scienza, e saranno stati sufficientemente provati, potranno essere ammessi nella nostra Compagnia. Tutti i compagni che saranno sacerdoti, benché non abbiano benefici ecclesiastici e rendite da essi derivanti, sono tuttavia tenuti all'Ufficio [divino] secondo l'uso della Chiesa, ciascuno privatamente ed in particolare e non comunitariamente.

9. Ecco le grandi linee della nostra professione che, come in un disegno, abbiamo potuto tracciare con il beneplacito del signor nostro Paolo III e della Sede Apostolica. Questo è quanto abbiamo fatto, ora, allo scopo di informare sommariamente, con il presente scritto, e quanti ci interrogano sulla nostra maniera di vivere, ed anche i nostri posteri, se, a Dio piacendo, avremo forse imitatori in questo genere di vita E poiché già sappiamo per esperienza nostra che esso comporta molte e gravi difficoltà, abbiamo giudicato opportuno di stabilire che nessuno sia ricevuto in questa Compagnia se non dopo che, lungamente e molto accuratamente, sia stato provato e sia apparso prudente in Cristo e ragguardevole per purezza di vita cristiana e per dottrina. E soltanto allora sia ammesso nella milizia di Gesù Cristo. Al quale piaccia di favorire i nostri modesti inizi, a gloria di Dio Padre, a cui solo sia sempre lode e onore, nei secoli. Amen!